et progressus eius impediri possint perficiendam esse constituere. Hempt ut tertia pars huius tributi subsidij ad Forum Pentecostes inclusive persoluatur. Altera ad Sancti Jacobi Forum, Tertia verò circa Michaelis ferias deponatur.

Quarto, ut singuli Status sive per Trapezitas, hoc est rationes cambij, vel alia quaeuis commodia suam portionem suam deponere possint Quinque Ciuitates, quae eius excipiendae, et disponendae curam habeant, Nempe Nuemburgam, Ratisponam, Augustam, Francofordiam, et Lipsiam nominare voluerunt.

Quinto verò, ut singuli Status portionem suam ex ea taxarum moderationem sibi soluant: nec quisquam in eo vel negligens, vel inobediens reperiatur. Fisci Camerae Imperialis Procuratori contra eos qui deputatis temporibus non deposuerint (ut dicit) procedat, committi debet. Ut autem dicti Fisci Procur. contra negligentes huiusmodi procedere commodius possit, nemo Status portionem suam alio loco quam in deputatis Ciuitatibus deponere debebunt. Qui quidem Procur. aequalem se omnibus Statibus in procedendo suis partibus debet. Denique, et iudici, et Assessori Camerae cognoscere licebit.

Sexto ut Procurator Fisci contra quos procedere debeat scire possit; singulae earum quinq. Ciuitatum infra dies 14. proximos, post singulos solutionis terminos aut ad summum intra quam mentem notum illorum Statuum sui partem suam deposuerint dictis Procuratori transmittere debebunt. Ut dicto Procurator tanto commodius contra inobedientes procedere possit. Quare nemo vel loco deputato partem suam deponere praesumat.

Septimo ut subsidium hoc secundum singulorum Statuum aestimationem tanto rectius deponatur. Aliqui verò ipsum contra tam potentem Locum eo validius promouentur. singuli. Ili Status qui ab alijs subtracti, vel in quasi possessione libertatis sunt, suam portionem in ista Imperialis aestimationis moderationem, non secus atq. Reliqui Status, aut saltem ipsi subtrahentes, absq. subductione ulla à portione aliqui per ipsos solvenda pro talibus à se subtractis, sine tamen praejudicio in posterum decernendarum contributionum soluere debebunt.

Octauo contributio haec nullis alijs vrbibus quam contra hostem nostrum hereditarium Turcam applicari debet. Atq. ita exigenda erit, ut par omnium Statuum ratio habita neque cuiquam secus gratia facta, et indultum esse judicatur.

Nono subsidium hoc Maj.tis Caesaree sine ulla exceptione praesidiorum, Consiliariorum, Bellicorum, sive Quaestorum aliorumve Magistratuum Bellicorum, huius generis arbitrio, ut illud q. maioris ei fuerit potest, contra dictum Locum applicet similiter committi et credi debebit. Cum notum, et manifestum sit

sit, quam graues in iam nominatas, et alias complures personas sepe numero sumptus sine ullo tamen fructu facti sint. Praeterea etiam Senatui visum fuit Caesari Maj.ti arbitrio, ut minus hunc numerum prout ei postulare videbuntur contribuere, et ordinem in Senatum redigere possit committi debere.

Decimo, Caesarem Maj.tem acquiri debere, ut id operam dare velit, primo Religionem Reformatio fieri, et inutiles sumptus tolli, et subsidia haec dictus Pontifex Militibus ponit. Ad hoc vero ut status temporibus subsidia soluantur. deg. et Summariae ac rationes commutatae qui iuxta, et collectarum portio Militibus vendat, diligenter procedere curet.

Vndecimo cum nonnulli Status Camerae adeo sint debilitati, et attenuati, alijq. ordinibus attinati ac fatigati, ut ipsum virium non sit huiusmodi subsidium in numerata pecunia praestare, sed à subditis illud ipsis primum exigendum sit. Nulla alia ratione modum eiusmodi è medio tolli posse Senatui visum est, quam ut pro veteri, et laudabili consuetudine omnibus, et singulis ordinibus subditos suos tam Spirituales, quam seculares sive exemptos, seu non exemptos liberos, vel non liberos, nemine excepto, non tamen ultra eo fieat singulorum facultatum aestimatio hac in parte onerare liceat. Quamobrem praesidium ac communi conspectu deinceps subditis omnibus articulatim intimari, et notificari debet, vt VS. Vnicuiq. quantum sibi solvendum sit, contare, atq. ita deputato tempore deponere possit. In primis vero Cathedralium, et aliarum Ecclesiarum Capitula Archiepiscopis, et Episcopis, Ciuitatum vero, et ipsarum Ciues, praecipiebus huiusmodi, quemq. immediate subiectae sunt, omni huic fraudi iusto esse debebunt, non obstantibus pactis, capitulationibus, Transactionibus, obligationibus, constitutionibus, consuetudinibus in contrarium facientibus, quibuscunq.

Duodecimo verò, ut subsidium hoc tanti durabilius esse, eoq. maius ex eo fructus Ecclesiae, et Status tanto maiori animo occurri possit, operaetium hoc videt, uti Caesarea Maj.tas exemplo Principum Imperialis, neq. alijs Principibus in contributionum aestimationem annumerata supra ad subsidia et auxilia praestanda inuitat, et excitat. Ita vero Caes. Maj.tas cum dictis statibus vna cum hereditarijs Regnis et Dominijs suis Ecclesiae, et Ecclesiae manum adhibeant, mouendi ipsi videntur.

Decimo tertio, Cum nonnulli Principes in superiori, et inferiori Austria bona possideant, ne tales vltra quam aequitatis ratio permittit, grauentur, vt. vt cum iuxta aestimationis Imperij moderationem portio ipsis ratione Statuum pecunia deputata deponenda sit, praeterea et pro talibus bonis soluere cogantur Maj.tas sua, ne in hac, et alijs futuris contributionibus duplici, et iniquo onere grauentur similiter aequari debebit.